



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Parallela Geographiae Veteris Et Novae**

Parallela Geographica Italiae Veteris Et Novae

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1649**

Nvm. 8. Hirpini.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13120**

- FLV-  
VII } Sabatus à quo populi Sabatini dicti, qui ad Annibalem  
defecerunt: *Sabato*.
- SAM-  
NI-  
TIVM } Calor, cuius meminere Liuius & Appianus: hodie *Ca-*  
*lore*.
- Tamarus; *Tamaro*, in Calorem Fl. cadens: & hi iuncti  
postea in Sabatum deuoluuntur.

NVM. 8. *Hirpini*, hodie la Principauté Ulterieure,  
*Principato ultra*.

- ABELLINVM Col. ducta lege Sempronîa; *Auellino*.  
Callifæ: hodie *Carife*, oppidulum.
- Rufriæ, & Rufrium, Maroni Rufæ: hodie *Ruuo*.
- TAVRASIVM, incolæ Taurasini, cuius incolæ ex Ligu-  
riâ deportati sunt *in campos Taurasinos*; in his victus  
Pyrrhus Epirota: malè Aurasini dicuntur apud Flo-  
rum: hi autem campi extenduntur ad Beneuentum;  
hinc pugna hæc dicitur conferta ad Beneuentum:  
vrbs hodie *Taurasi*.
- EQVVS TVTICVS, hoc est *Magnus*, vt interpretatur  
Itiner. Hierof. Tuticum Ptolem. hodie *Ariano*.
- Triuicum: *Treuico*, Horatio villa, *ni nos vicina Trinici*  
*villa excepisset*.
- PI-  
HERDONIA, seu Cerdonia: *Cerdogna*, ab Annibale in-  
censa subductis incolis.
- Æculanum, incolæ Æculanenses Plinio, in inscript. Æ-  
clanenses: *Fricento*.
- ROMULA, & Romulea, seu Subromula, oppidum di-  
ues; hodie *Bisaccia*.
- RVM.  
Aquilonia, incolæ Aquiloni: hodie *Carbonara*.
- COMPSA: hodie *Conza*, Annibali prodita: ad hanc ma-  
lè Velleius ait cæsum esse T. Annium Milonem dum  
eam oppugnat, nam verè in Thurinis ad Cassanum  
cecidit.
- FONS } AVFIDI, *la source de Lofanto*, qui vnus ex flumini-  
bus Italix Apenninum diuidit, & fecat, ait Poly-  
bius.



LA-  
CVS  
HIR-  
PI-  
NO-  
RVM.

AMPSANCTVS : hodie *Musti*, sub oppido *Fricento*: ad quem ædes *Mephitis*, ad eum qui propius aecedit interimitur. Eius meminit *Tullius* 2. de *Diuinat.* de eo *Maro* 7. *Æneid.*

*Est locus Italiae in medio sub montibus altis, Nobilis & famâ, multis memoratus in oris Ampsancti valles, &c.*

locus ille (ait *Seruius* ad hæc verba) ambiebatur colibus, & arboribus, vnde odor ille pestifer, qui accedentes interimebat: quare hîc victimæ non iugulabantur, sed huic loco admouebantur, & interficiebantur, eratque hoc litationis genus; de hoc in *Admirandis*.

## CAPVT OCTAVVM.

## De Campania.

HÆc est regio non *Italiae* modo, sed toto *terrarum orbe* pulcherrima plaga, (ait *Florus*) quam *Philostratus* in vita *Apollonij* *Ἰταλίας εὐδαίμονα* vocat; *Plinio* *Felix & beata humanitas, & vno in loco gaudentis opus nature, &c.* de quibus mox plura in qualitate huius regionis.

## §. I. Historica Campania descriptio.

## NVM. I. Nomen Campanie.

NOMEN habet ab vrbe *Capuâ*, quam *Capys* *Troianus* condidisse fertur, licet aliqui reclamant, & *Capyn* illum *Samnitum* dicant. Alij à *Capy*, seu *Falcone* linguâ *Tuscâ* dictam malunt, quæ vox *Falconem* sonat, quod augurio *Falconis* condita esset. Alij à quodam cui *eurui* pollices *pedum* essent, quos *Tusci* *Capuas* appellant, sic *Festus*. Alij, quod esset in *planitie*, seu *loco campestri*: alij denique, quod esset in *medio*, & *caput* 12. *urbium* *Campanarum*; ita *Eustathius*.